11. Fer. 3. Pret. Sanguinis DNI Chr. (*e fer. 6. p. Dom. IV. Quadr.*) — TD. — In L. m. Thom. et fer. — In Prim. ℣. *Qui tuo...* — *Praef. Cruc.* — In V. m. sequ. Thom. et fer. R.

12. Fer. 4. S. Gregorii M. P. C. et Eccl. Doct. — TD. — In L. m. Thom. et fer. — In V. m. sequ. Thom. et fer. A.

13. Fer. 5. S. Agathae V. M. — D. — (*e. 5. Febr.*) — In L. m Thom. et fer. — **(M.)** — V. de sequ. m. praec. oct. Thom. et fer. R.

* In hymn. hor. duae strophae et in utroqne Comp. Anae prp.

14. Fer. 6. COMPASSIO B V. M. — TD. (2. C.) — In L. m. oct. Thom. et fer. — In Prim. ℣. *prp.* — In V. m. sequ. oct. Thom. fer. et S. Apolloniae V. M. A.

* IV. fer. 6. in honor. S. Vinc. Ferr.

15. Sabb. B. Bernardi C. O. N. — D. — (*e. 9. Febr*). — In L. m. fer. et Apoll. — In V. m. sequ. A.

16. † **DOM.** *in Ramis Palm.* — DE EA. — In L. m. B. V. M. — **Q.** — In Mis. nulla mem. nec or. imper.; in fine Mis. priv. *Evang.* „Cum appropinquasset..." — In V. m. B. V. M. (per Anam: *Regali* ℣. *ora pro...* or *Protege...*) In Comp *In manus...* sine *Gloria Patri...* — Post Compl. Lit. OO. Sanct. cum precibus ℣. et or. (*Oblig. solum in Choro.*). Vl.

Hodie ante Miss. solemn. post „*Asperges*" benedic. Palm. Fratrib. stant. versus Alt.. et fit processio cum Cruce denudata et paramentis col. Alb. Dum Ana „*Ave Rex*" et hymn. „*Gloria, Laus*" cant. stet chorus versus Crucem. Post proces. rami deponantur et Crux reponatur ad cornu Evangelii et discooperta remaneat usque ad post Compl.
In *Miss.* ad verba „*In nomine Jesu*" etc. fiat tum ab ipso Celebrante tum a caeteris Fratribus genuflexio. Ante Evang. (Passio) omitt. *Dominus vobiscum*, ad verba „*Emisit Spiritum*", Sacerdos (item tres

Diaconi) utroque genu flect. versus librum chorus prostern. se super formas. In fine Pass. Sacerdos item 3. Diaconi, non signent se nec libr. nec eum oscul. nec aliquid dicent. In *Miss. Priv.* Pasio leg. in cornu Evg. — Post. Compl. Lit. OO. SS. sine prostr. (extra Chor. non oblig).

Denunt. Hebdomada sancta cum festo RESURRECTIONIS D. N. J. Chr.

17. Fer. 2. DE. EA. — V. fer. m SPN. Dominici (Ana: „*Magne Pater*"...) VI.

Hoc triduo dic. Off. B. V. M. — Invit: *Adoremus*, ut fer. 2. p. Dom. Pass. — ℟℟. I. Noct. Dom. praec. et rep. III. ℟. omisso „Gloria". In Offic. B. V. M. non omitt. „*Gloria*", nec rep. III. ℟. nec dic. „Te Deum".

Prostr. et preces fer. ad omnes horas et in Miss. prostr. a „*Sanctus*" usque ad „*Agnus Dei*" excl. —In L. Ps. fer. cum Anis ppr. Cap. hymn. et ℣. de Dom. Pass. In Pret. *Const.* Ad horas Anae ut in Psalterio Cap. et. ℟℟. de Dom. Pass. — Post Compl. hodie et cras Lit. OO. SS. Fratribus prostratis a Ps. „*Deus in adjutorium*" usque ad finem ult. collect. capite cooperto a „*Sancta Maria*" usque ad „*Agnus Dei*" excl. — Post. Lit. SS. dic. „*Confiteor*" Ps. „*Miserere*" (Hebdomadarius dicat *unum* versum et chorus *alterum*) cum ℣℣. et or. (extra chor. oblig.) *Deus cui propr.* in Brev. in fine Compl. Dom. I. p. O. E.) et. interim dantur disciplinae.

In Mat. post. Lect. fiat a Lectore prostr.: non autem in Off. Def. nec post. Martyrl. sicque per tot. hebdom. excepta fer. 5. In Off. Def. fiunt prost. *a Pater noster post Magn. et Benedict. usque ad Primam Collect. incl.* et ad *ult. Pater noster*; — etiam ad ult. „*Pater noster*" in gratiarum act. mensae.

Hac et seq. hebdom. prohib. Miss. vot. et Def.

18. Fer. 3. DE EA. — (*Rubricae ut heri*) — In Mat. ℟℟. e II. Noct. Dom. praec. — In VI.

L. m. S. P. N. Dom. (Ana. *Benedictus*). — In V. m. S. Hyac. (Ana *ex oct.*). — (Leop. S. Thom).

19. Fer. 4. DE EA. — *(Rubricae usque ad Vesp. excl. ut fer. 2.)* In Mat. RR. e III. Noct. Dom. praec. — L. m. Hyac. (*Leop.* S. Thom.) — **M.** — In V. nulla m. — Omitt. Off. B. V. M. nec fiant *prostr.* nec preces. VI.

Compl. dic. more solito, aspersio aquae bened. fit. ad *Nunc dimit.* — Non dic. *Salve Regina* sed post *Benedicamus Dno.* dat Praelatus Benedictionem et statim dicat *Fidelium*, dein dicto „*Pater Noster*" et „*Credo*" Compl. terminatur.

Hoc triduo major Praelatus faciat offic. Ad Lamentationes Fratres notentur incipiendo ab antiquioribus, ad Lectiones autem incip. a junioribus. Dum. RR. in Mat. cant. sedeat Chorus, praeterquam ad suam resumptionem. — ℣℣. Noct. ab uno cant. sub tono speciali. Post *Benedictus* dum cantatur ℣℣. „*Kyrie elejson*". etc. stent Fratres versus Altare et post. ℣. *Mortem autem crucis*: chorus prostratus super formas dicat „*Pater Noster*" secreto, deinde Ps. „*Miserere*" voce mediocri or. „*Respice*" et *Pater Noster*".

In. Mat. de *Coena Dni* 15. can. (ex cera flava coram altari praepar. et ante Mat. accend. et singulae ad incept. cujusl. Psalmi una hic et altera inde a Sacrista exting., ita, ut „*Benedictus*" in tenebris cant. Ad altare vero sex candelae accendantur. — Etiamsi sit unus sacer. in Conv. nihilominus debet Mat. cum Laud. his tribus diebus in Eccl. absolvere cum Organario, praesertim ubi cura animarum est adnexa.

Hoc triduo *removenda est a vasis Eccl. aqua benedicta* (S. R. C. 12. Nov. 1881).

20. Fer. 5. **IN COENA DOMINI.** — DE EA. — *9. Lect.* — Offic. ad modum Dupl. — Miss. vero ad modum *TD.* — In V. (*quae festive cant).* A.

Ps. et Anae ppr. hodie et cras. — IPR. *Comunio generalis.*

In Offic. omitt. „*Gloria*“ et „*Fidelium*“ etiam in Pret... usque ad Sab. S.; hoc triduo omit. „*Confiteor*“ in Prim. et Compl., in Pret. *Evg. ppr.* — In Compl. omit. benedictio et aspersio hodie et cras.

In Miss. dic. „*Gloria in excelsis*“: ad quod puls. org. et camp. Nulla m. nec or. imp. dic. — Dic. „*Agnus Dei*“, sed pax non datur. In Miss. consecr. tres hostiae. Non datur bened. SS. Sacr. nec ante, nec infra, nec post process. Crux Alt. ubi celebratur sub Miss. tant. debet velar. velo albo: crux vero Proces. velo viol.

Hodie post. Non. ante Miss. conv. dic. 7 *psalmi* poenit. absque sericis indum. sine „*Gloria*“ cum prostr. et postea datur absolut. generalis.

Dum *Vesp.* dic. denud. altaria. — Hodie et cras in Bened. mensae et in grat. act. non dic. „*Gloria*“; nec Ana: „*Recordare*“. nec „*Fidelium*“ Angelus Dni more solito. Post prandium hora idonea: *Ablutio Altarium* in stolis et manip. col. *viol.* et si locus permittat, chorus sequitur Celebrantem et ministros.

Ad *Mandatum*“ et „*Serm. Dominicum*“ col. *alb.* Compl. voce mediocri, quod etiam abhinc omnibus horis in psalmodia et cantu usque ad Vesp. Sab. fiat, exceptis Matut. quae solemnius dicuntur.

21. Fer. 5. **IN PARASCEVE.** DE EA. *9. Lect.*— N.
Post singulas horas dic. Ps. *Miserere* et fiant prostr. hodie et cras. — In Pret. *Const.* — V. praes.

V. fer. 6. devotionis erga S. Vincentium Fer.

* Post Lect a Lectoribus fiant prostr. inter. pulp. et Alt.

Versus duorum Tractuum ab utroque choro (sedente) alternatim cantentur. — Dum orat. post Pass. dicuntur stent Fratres versi ad Altare. Post adorationem Crucis, detegantur omnes aliae Cruces et Imag. Eccl. — Vesp. cantant. tractim mediocri voce.

Usque ad finem Lit. SS. Sab. transeuntes ante Crucem Altaris maj. exceptis Ministris Altaris genuflectant unico genu. (S. R. C. 12. Sept. 1857).

22. **SAB. SANCTUM.** — DE EA. *9. Lect.* — Ad Mat. *Rubricae ut heri — In Pret. Evg.* ppr. — In Miss. *nulla mem. nec. or. imp.* — In V. *Ps. 116.* cum Ana: *4 Alleluia (Extra chorum prout. not. in Brev. In fine omitt. Salve Regina")* et Anna ad *Magn.* ppr. deinde Cant. Magn. et. orat. qua simul terminatur *Missa maj.* — In Compl. 3. Psalmi omisso „*Qui habitat*" . Ad Nunc dimit. Ana *4 Allel.* et or. „*Spiritum*" (hoc quadriduo). A.

Finita Nona: benedic. ignis et *Cereus pasch.* a Diacono in *col. Alb.*; dein cant. Prophetiae a Fratribus superpell. indutis incipiendo a senioribus. — Ad bened. „*fontis baptismal*", ubi cura animarum) utendus est col. *Viol.* — Cereus accensus hodie remanet usque post Compl. Cras accend. ad Matut. omnes horas et Miss. sol. Caeteris vero diebus Paschae et in oct. ad Missam maj. tantum et ad Vesp. accendatur. — Lit. SS. cant. a 2. Fratribus superpell. indut. in medio chori caeteris versis ad Alt. et stando. — In Missa ad „*Gloria in excelsis*". pulsantur organa, „campanae vero pulsantur si prius jam ab Ecclesia Matricae pulsatae fuerint, alias pulsus differtur". *Praef Communić.* et *Hanc igitur* ppr. usque ad Dom. in Albis incl. *Ite Missa est* cum dupl. *Allel.* usque ab Sab. seq. incl. Toto temp. pasch. in L. et V. „*Benedicamus Dno*" cum dupl. *Alleluja*"et pro Salut. angel. recit. Ana: „*Regina coeli*" (stando cum ℣. et Or. „*Deus qui per Resurr*". (juxta rit. Rom).

Vespertina hora a Praelato assignata fit sic dicta RESURRECTIO.

23. **DOM. — RESURRECTIO D. N. J. CHR. TD. (1. cl.)** *cum octava solemnissima.* In Prim. orat. „*Deus qui ho-* A.

dierna"... (hoc triduo). — In Missa *Sequ:* hac die et duob. sequ. — *Credo* per tot. oct. — In V. 3. Psalmi (usque ad Sabb. sequ.) m. Cruc. et B. V. M. — CG. IPR. ET O.

* Denunt: Cras festum de praecepto.

Hodie lectio Martyrol. omnibus stantibus (discoop. cap.) sic incipit: *Hac die...* dein omnibus sedent. pronunt. Calendae et Martyrol. seq. diei.

In omnibus horis ℟. **HAEC DIES** dic. post Ant. sup. Psalm. hodie et per tot. hebdom. — Ad aspers. aquae bened. ante Miss. mai. Ana *Vidi aquam*, et ℣. „*Haec dies*".

☞ Hodie ex Decr. Bened. XIV. SS. Comm. in Eccl. Regul. non paroch. personis saecul. quibusvis distribui prohib. etiamsi tales personae in alia die praecepto Pasch. satisfecerint. S. R. C. 31. Jan 1861.

TOTO TEMP. pasch. dantur bened. ante Lect. secundum ord. fer. nisi leg. Homil., quia tunc ex III. Noct. sumantur. Hac hebdom. non dic. *Offic. Def.* nec. *Missa* pro *Def.* — Toto temp. pasch. cum S. Communio distribuatur extra Miss. in fine Anae: „*O Sacrum*" et ℣. „*Panem de coelo*" etc. add. Allel. et dic. or. „*Spiritum*"; extra vero temp. pasch. dic. eadem Ana et ℣. absque Allel. cum or. „*Deus qui nobis*". Qui Vers. et orat. sunt *de praecepto.* S. C. R. 24. Sept. 1842. In gratiis mensae loco „*Recordare*". temp. passh. et Ascens. dic. Ana „*Regina coeli*" et ℣. add. Allel.

24. Fer. 2. **PASCHAE — TD. (2. cl.) —** A.
In V. m. Cruc. et B. V. M.

* **DENUNT:** Crastina dies **de praec.** cum oblig. audiendi Missam et vacandi ab oper. servil. — ob fest. Ann. B. V. M. — quod pro choro celebrabitur die 31. h. m. (absque oblig. festi de praec.)

* *Capitulum* solemne transfertur in diem 30. h. m.

25. Fer. 3. **PASCHAE — TD. (2. cl.)** — In V. m. Cruc. et B. V. M. A.

26. Fer. 4. De octava. — In Prima et Comp. or. consuetae. — In V. m. Cruc. per ℟. *Christus resurgens* .. sine ℣. — usque ad Sabb. excl. A.

27. Fer. 5. De octava — In V. m. Cruc. A.

28. Fer. 6. De octava — In V. m. Cruc. A.

* Vl. fer. 6. in hon. S. Vincentii Ferr.

29. Sabb. — De octava. -- Ad horas ante ℟. *Haec dies.* dic. semel *Alleluia* — In V. psal. fer. cum Ana: *Alleluia* (ter.) — a cap. (*sine* ℟.) de sequ. m. Cruc. per Anam: *Crucem*... — In Comp. 4 psal. soliti. — *Hym. propr. per totum Tem. Pasch.* A.

* *Toto T. P.* ℟℟. hor. cum dupl. *Alleluia.* — In omnibus hym. eius. metri duae ult. strophae propr. usque ad Ascens. — nisi aliter notetur.

30. **DOM. IN ALBIS.** Dies octava Resurrect. D. N. J. Chr. *Solemnissima.* — In L. m. Cruc. (Ana: *Crucifixus.*) In Prim. — **Q.** — ℣. *Qui surrexisti*... usque ad Ascens. (nisi aliter not.) — In Missa *nulla mem. nisi or. imp.* — *Praef. et Communic.* de octava. — *Ite Missa est.* — absque Alleluia. V. de sequ. m. praec. — A.

* *In Complet.* Anae prp. B. V. M. — In hymno post stropham: „*Quaesumus*...“ add. duae strophae B. V. M. — Et sic per tot. oct. etiam in festis Sanctorum.

* Hodie in lectione Martyrologii praemittitur lectio de Annuntione — et habetur solemne Capitulum.

* *Denunt*: Domin. futura fest. S. Vincentii Ferr. C. O. N.

31. Fer. 2. ANNUNTIATIO B. V. M. — TD. (2. cl.) — *cum oct. solem.* — Ad Mat. Invit. ut in festo add. *Alleluia.* — Psal. et Anae e I. Noct. — ℣. *Ex Sion* ., Lect. de Hom.— ℟℟. 2., 3., 9. — In Prim. ℣. *Qui natus* — *Praef. B. V. M.* — per *tot. oct.* — In V. m. sequ. A.

* **TEMPORE PASCHALI:** additur *Alleluia* (si non sit notatum) in fine *Invit. Anae* ℣℣. et ℟℟.— Item *duplex Alleluia* in Officio (introit). Missae, unum vero ad *Offert. et Commun.*

Ab hac die usque ad Pentec. post *Epist.* (omisso ℟. cum suo ℣.) in Miss. tam de tempore quam de festis dic. *duo Versus* cum 4. Alleluia — *Praef. propr.* toto temp. Pasch. (nisi aliter not.) — *Cereus paschalis* accend. ad *Miss. maior.* in Dom. et in festis simp. et supra usque ad Ascensionem.

APRILIS.

Hoc mense legantur: Decreta ultimi Capituli Generalis et Provincialis.

1. Fer. 3. B. Nicolai C. O. N. — D. — *(e 14. Febr.)* — Invit. et 3. ℟℟. de Com. TP. — 3. ps. 3. Anae et ℣. e I. Noct. extra TP.— In L. m. Ann. — V. de sequ. m. praec. et Ann. A.

2. Fer. 4. S. JOSEPH C. SPON. B. V. M. — TD. (i. cl.) — *cum oct. solem. (e 19. Mart.)*— In L. m. Ann. — In V. m. sequ. et Ann. A.

3.	Fer. 5. Sacr. Stigm. S. Cath. Sen. V. O. N. — D. — In L. m. Ann. et Jos. — V. de sequ. m. praec. An. et Jos.	A.
4.	Fer. 6. S. Ambrosii E. C. Eccl. Doct. — TD. — In Noct. Inv. Ana et 3 ℟℟. de Com. TP. — 3. ps. et ℣. e II. Noct. — In L. m. An. et Jos. — In V. m. sequ. An. et Jos. * VII. fer. 6. in honor. S. Vinc. Ferr.	A.
5.	Sabb. B. Gregorii P. X. C. — D. — *(e 16. Febr.)* — Ana et 3 ℟℟. de TP. — 3. psal. et ℣. e III. Noct. — 1. Lect. de Scrip. curr.— 2. et. 3. — tres lect. II. Noct. divisae. — In L. m. An. et Jos. — V. de sequ. m. praec. An. Jos. et Dom.	A.
6.	**DOM. I. P. O. P.** S. VINCENTII FERR. C. O. N. — TD. (2. cl.) — *cum oct. simp.*— In L. m. An. Jos. et Dom. — In V. m. sequ. Jos. et Dom. * **TARNOPOL.** Idem fest. **TD. (1 cl.)** — utp. Tit. Eccl. * **NOTA:** Dieb. Dom. TP. — bened. ante lect. sumuntur e I. Noct. (non e III.).	A.
7.	Fer. 2. Oct. Annunt. B. V. M. — *Solem.*— 1. et 2. lect. de Hom. Dom. praec. 3. de serm. S. Joannis Dam. *„Iam tempus est..."*— In L. m. Jos. et Vinc. — In Pret. *Evang. Dom.* — In V. m. sequ. Jos. Vinc. et S. Valentini M.	A
8.	Fer. 3. B. Aimonis C. O. N. — D. — *(e 21. Febr.)* Inv. et 3. ℟℟. de TP. — 3. ps. 3. Anae et ℣. e I. Noct. — In L. m. Jos. Vinc.	A.

	et Val. — V. a cap. (*sine* ℟.) de sequ. m. praec. et Vinc.	
9.	Fer. 4. Octava S. Joseph — *Solem.* — Omnia ut in Brev. pag. 988. squ. — In L. m. Vinc. — In V. m. sequ. et Vinc.	A.
10.	Fer. 5. B. Antonii Neyr. M. O. N. — D.— Invit. et 3. ℟℟. de TP. — 3. psal. 3. Anae et ℣. e I. Noct. — In L. m. Vinc. — V. de sequ. m. praec. et Vinc.	R.
11.	Fer 6. S. Leonis Mag. P. C. et Eccl. Doct. — TD. — Invit. Ana et 3. ℟℟. de TP. — 3. ps. et ℣. e II. Noct. — 1. lect. de fer. curr. 2. et 3. — erit 4. et 6. de fest. — In L. m. Vinc. — In V. m. sequ. et Vinc.	A.
12.	† Sabb. S. Petri Dam. — E. C. Eccl. Doct. — D. — *(e 23. Febr.)* — Inv. Ana et 3. ℟℟. de TP. — 3. ps. et ℣. e III. Noct. — In L. m. Vinc. — V. de sequ. m. praec. Dom. et oct. Vinc.	A.
13.	**DOM. II. P. O. P.** — Patroc. S. Joseph — TD. — In L. m. Dom. et oct. Vinc. — In V. m. sequ. Dom. et oct. Vinc.	A.
14.	Fer. 2. B. Petri C. O. N. — D. — Inv. et 3. ℟℟. de TP. — 3. ps. 3. Anae et ℣. e I. Noct. — 1. Lectio „Beatus vir...“ 2. et 3.— erit 4. et 6. de festo. — In V. m. sequ.	A.
15.	Fer. 3. S. Hermenegildi M. — D. — Ana et 3. ℟℟. de TP. — 3. ps. et ℣. e II. Noct.— 1. lect. de fer. curr. 2. et 3. erit 4. et 5. festi. — In V. m. sequ. et SS. Tiburtii etc. MM. —	R.

16. Fer 4. B. Villanae Vid. O. N. — D. — *(e 28. Febr.)* — 3. ps. 3. Anae et ℣. e I. Noct. add. *Alleluia.* — 3. ℟℟. e III. Noct.— 1. lect. de Cant: „In lectulo...“ 2. et 3. erunt lect. II. Noct. divisa 5a. — In L. m. Tib. etc. MM. — In V. m. sequ. A.

17. Fer. 5. B. Clarae Vid. O. N. — D. — 3. ps. 3. Anae et ℣. e I. Noct. — 3. ℟℟. e I. Noct. — In V. m. sequ. A.

18. Fer. 6. B. Henrici Sus. C. O. N. — D. — *(e 2. Mart.)* — 3. psal. 3 Anae et ℣. e I. Noct. — 3. ℟℟. de TP. — 1. lect. „Fili a...“ 2. et 3. erunt lect. II. Noct. div. — V.a cap. de sequ. m. praec. A.

19. Sabb. S. Franciscae Rom. Vid. — D. — *(e 9. Mart.)* — 3. psal. ℣. et 3. ℟℟. e III. Noct. Vid. — Anà sup. ps. *unica:* *„Haec est quae nescivit...“* — 1. lect. de fer. curr. 2. et 3. erunt lect. II. Noct. — V. de sequ. m. praec. et Dom. A.

20. **DOM. III. P. O. P.** — S. AGNETIS DE M. POL. — V. O. N. — TD. (2 cl.) — *cum oct. simp.* — In L. m. Dom. — In V. m. sequ. et Dom. — A.

* *Denunt:* fer. 6. processio ob fest. S. Marci (ubi cura anim.)

21. † Fer. 2. B. Bartholomaei M. O. N. — D.— 3. ps. 3. Anae et ℣. e I. Noct. — 3. ℟℟. de TP. — In L. m. Agn. — V. a cap. de sequ. m. praec. et Agn. R.

22. Fer. 3. S. Patritii E. C. — D. — *(e 17. Mart.)* — Ana et 3 ℟℟. de TP. — 3. ps. A.

et ℣. e II. Noct. — 1. lect. de fer. curr. 2. erit 4. et 5. de festo, 3. erit 6. — In L. m. Agn. — V. de sequ. m. praec. S. Georgii M. et Agn.

23. Fer. 4. S. ADALBERTI E. M. PRP. — TD. (1. cl.) — Ana et 3 ℟℟. de TP. — 3. ps. et ℣. e III. Noct. — In L. m. Georg. et. Agn. — In V. m. sequ. Geor. et Agn. R.

24. Fer. 5. SS. Coronae Domini. — TD. — In L. m. Agn. — In V. m. sequ. et Agn. — R.

25. Fer. 6. S. Marci Ev. — TD. — Ana et 3. ℟℟. de TP. — 3. ps. et ℣. e II. Noct. — *Praef. Apost.* — In L. m. Agn. — In V. m. sequ. et Agn. R.

* Hodie, ubi est cura animarum, processio cum Lit. OO. Sanct. — ad quas functiones — *ut mere parochiales* — Conventus — qua talis — non obligatur.

26. Sabb. BB. Dominici et Gregorii C C. O N. — D. — 3. ps. 3. Anae e I. Noct. — ℣. e I. Noct. plur. Mart. — 3. ℟℟. de Conf. TP. — Cap. et ℟℟. hor. de Com. plur. Mart. — In L. m. Agn. — In V. m. sequ. et oct. Agn. A.

27. **DOM. IV. P. O. P.** DE EA. — In L. m. oct. Agn. Crucis et B. V. M. — *(prout in psalterio pag. 23.)* — **Q.** — *V.* a cap. de sequ. m. praec. oct. Agn. et S. Vitalis M. A.

* *Denunt*: fer. 2. 3. 4. — dies Rogat. — fer. 5. *Ascensio D. N. J. Chr.*

28. Fer. 2. *(Rog. — I. O.)* S. Pauli a Cruce C. — D. — Ana et 3 ℟℟. de TP. — 3. psal. A.

et Ỳ. e I. Noct. — In L. m. Vit. et Rog.— V. de sequ. m. praec. et Rog.

* Missa priv. et Conv., si fuerit unica. dic. de festo (hoc triduo) cum mem. Laud. et ultimo *Evang. Rogat.*

Hoc triduo ante Miss. Rog. eo modo, quo Dom. diebus fit ad Aspers. aquae bened. ante Miss. Conv., cant. „*Exurge*", post cujus repet. Sacerdos dicat. Ỳ. „*Ostende*" cum *Allel.* „*Dominus vobiscum*" et or. „*Parce*". Deinde cant. Lit. SS. a duobus FFr. in superpell. caeteris stant. vers. ad Altare. Interim (ub. Process. non fit) Sacerdos et Ministri sedeant in Presbyterio et ibi simul Lit. voce submissa legant, Acolytho tenente Missale. Cum autem dictum fuerit a choro „*Peccatores*", Sacerdos cum Ministris revertatur in Sacrist. et Casulam assumat. Inde Missa inchoata, more solito veniat ad Altare praecedente uno Ceroferario. Quod si ob pauc. FFr. dic. unica Miss. Conv. nihilominus Ana „*Exurge*" et Lit. dic. cum col. *fer.*, ante Miss. festi (*Caer Nr. 1565 et seq.*)

29. Fer. 3. (*Rog. — I. O.*) — S. PETRI M. O. N. — TD. (2. cl.) — *cum oct. simpl.* — In L. m. Rog. — V. de sequ. m. praec. et Rog. R

* Hodie inchoatur *devotio quindecim fer. tert.* erga Patr. N. S. Dominicum. — Omnes Christifid. confessi ac S. Com. refecti in una ex dictis fer. 3. „*plenariam*" — in reliquis vero *100 dier.* indulgentiam lucrantur. (Cfr. Acta S. Sed. pro Soc. SS. Rosar. vol. II. p. 418.)

30. Fer. 4. (*Rog. — I. O. — Vig.*) S. CATHARINAE SEN. V. O. N. — ALM. URB. PATR. — TD. (2. cl.) — *cum oct. solem.* — In L. m. Petr. et Rog. — V. de sequ. m. praec. (*tantum*). A.

* In Missa Convent. *unica* et in Mis. priv. de festo fit mem. Vigil. cum *ultimo Evangelio de Rogationibus.*

Hodie Cereus pasch. accenditur ad Vesp. et Compl. Cras vero ad Mat. Prim. Tert. et Sextam, qua dicta removeatur (Caer. O. N. nr. 1528.)

NOTA: Ita e Caerem. nostro. Conformiter tamen ad Rubr. Direct. Dioec. — removetur cereus pasch. „*in Missa solemni finito Evangelio. Item moventur a conspectu Insignia Resurrect.*" (Cfr. Direct. Dioec.)

* In hymnis eiusd. metr. duae stroph. et in Compl. Anae prp. usque ad Pentec. (etiam in festis Sanctorum.)

MAIUS.

1. Fer. 5. **ASCENSIO D. N. J. CHR.** *TD.* (**1 cl.**) *cum oct. solemni.* — In L. nulla m. — In Prim. ℣. *Qui scandis* usq. ad Pentec. — In M. *Praef. et Communic.* ppr. per tot. oct. — In V. m. seq. *tantum* - C. G. JPR.

* **Cras incip. Novenna in honorem Spiritus Sancti** secundum Encycl. „*Divinum illud munus*", Leonis XIII. de die 9. Mai 1897. Omnibus autem qui eidem novendiali supplicationi interfuerint et ad mentem Papae rite oraverint, eis *annorum septem septemque quadragenarum* apud Deum indulgentiam in singulos dies concedit: tum *plenariam* in uno quolibet eorundem dierum, vel ipso die Pentecostes, vel etiam quolibet ex octo subsequentibus, modo rite confessione abluti sacraque communione refecti ad eandem mentem Papae pie supplicaverint. Quibus

beneficiis frui possunt hi omnes, qui legitima causa prohibiti, privatim tamen supplicationi novendiali operam dant ceterasque conditiones explent.

2. Fer 6. S. Athanasii E. C. Eccl. Doct. — D. — Ana et 3 RR. de TP. — 3. ps. et V. e II. Noct. — In L. m. Asc. Cath. et Petr.— V. de sequ. m. praec. Asc. Cath. et Petr.— A.

3. Sabb. Inventio SS. Crucis. — TD. — In L. m. Asc. Cath. et Petri. — V. de sequ. m. praec. Asc. Cath. et Petri. R.

CRACOV. In V. m. sequ. Asc. Cath. et Petri.

4. **DOM. INFRA OCT. ASC.** — S. Floriani M. P. R. P. — TD. — Ana et 3. RR. de TP. — 3 ps. et V. e I. Noct. — 1. lect. de Com. plur. Mart. Existimo..." 2. et 3. prp. — In L. m. Asc. Cath. Dom. et Petri.— V. de sequ. m. praec. Asc. Cath. Dom. et Petri. R.

CRACOV: S. Monicae Vid. — D. — 3. psal. et V. e I. Noct. — Ana unica: „*Haec est*..." 3. RR. e III. Noct. — 1. lectio: „Mulierem..." de Com. Vid. 2. et 3 prp. — In L. m. Asc. Cath. Dom. et Petri. — **Q.** — V. de sequ. m. praec. Asc. Cath. Dom. et Petri. A.

* *Denunt.* fut. Sabb. **I. E.** — Dom. *Pentecostes.*

* Podkam. Borek stary, Tarnobrzeg — fut. Dom. *devotio 40 horar.*

5. Fer. 2. S. PII V. P. C. O. N. — TD. (2. cl.)— *cum oct. simpl.* — In L. m. Asc. Cath. et Pet. — In V. m. sequ. oct. Petri, Asc. et Cath. A.

6. † Fer. 3. S. Joannis Ap. et Evang. ante port. lat. — D. Ana et 3 ℟℟. de TP.— 3. ps. et ℣. e II. Noct. — In L. m. oct. Pet. Asc. Cat. et Pii — V. a cap. *(sine* ℟*)* de sequ. m. praec. oct. Pet. Asc. et Pii. R.

* 2. fer. 3. in hon. S. P. Dominici.

7. Fer. 4. Oct. S Catharinae Sen. V. O. N.— *Solem.* — In Noct. 1. et 2. lect. de Hom. Dom. (*cuius Ev. in Pret.*) 3. lect. „*Sex annos nata...*“ — In L. m. Asc. et Pii. — In V. m. sequ. et Pii. A.

CRAC. et **GRÓD.** V. de sequ. m. praec oct. Asc. et Pii.

* 1. Missa de Dom.

8. Fer. 5. Oct. Ascens. D. N. J. Chr. — *Solem.* — 1. et 2. lect. de Act. Ap. 3. de ser. S. Aug. — In L. m. Pii. — In Pret. Evang. „*Recumbentibus.*.“ — In V. m. sequ. et Pii. A.

CRAC. ET GRÓD. S. STANISLAI E. M. PRP. PRINC. — TD. (1. CL.) — *(de praecepto.)* — *(in Brev. 11. h. m.)* Ana 3 ℟℟. de TP. — 3. ps. et ℣. e I. Noct. — In L. m. oct. et Pii. — In V. m. sequ. et Pii. R.

9. Fer. 6. S. Gregorii Naz. E. C. et Eccl. Doct. — D. — Ana et 3. ℟℟. de TP. — 3 ps. et ℣. e II. Noct. In L. m. Pii. — V. praes. m. Pii.

* Post Complet. dicitur psal. 69. cum ℣℣. *et orat.* absque Litan., quae cras dicentur.

10. Sabb. — **(I. E.)** — VIGILIA PENTECOSTES. — DE EA. — Dic. Offic. B. M. V. — Omitt. prostr. et prec. fer. — In Noct. R.

℣. et ℟℟. ut Sabb. praec. — *Te Deum* non dicit. nec repet. III. ℟. — Ante L. ℣. *Ascendo...* — In. L. psal. *Dominus regnavit...* cum caet. et sola 1. Ana de Asc. m. B. V. M.—(Ana: *Beata*, orat: *Concede nos...*) — *Benedicamus Domino* cum uno Alleluia.— In Pret. Evang. propr. — (**M.**) — In Prim. *prec. Cap. et or. fer.* — Ad Horas Anae Cap. et. ℟℟. ut in Ascens. — In Missa dic. *Gloria in Excelsis...* sed omitt. *Credo.* — Nulla mem. nec orat. imp.: *Praef. Commun. et Hanc igitur, propria* per tot. oct. — Miss. priv. Officium: *Cum sanctificatus...* - V. de sequ.

* *Invit* ℣℣. *et* ℟℟. *dicantur ab uno.*

Post Nonam cant. Prophetiae et Tractus col. *Rub.* (et ubi adnexa est cura animarum benedicatur aqua bapt. col. *Viol.*) deinde Lit. SS. ut Sab. postea Missa Conv. ad modum *dupl.* in col. *diei.*

Hodie et seq., hebd. prohib. Miss. vot. et Def.

In *Vesp.* et *Compl.* 3 Ps. usque ad Sab. sequ. excl. in hymn. duae ult. strophae et in Compl. Anae ppr. per. totam oct.

11. **DOM. — PENTECOSTES. — TD.** R.
(**1. cl.**) *cum oct. solemnissima* — In Prim. *Qui sedes...* — V. praes. — CG. IPR.

* Denunt: Cras fest. de praec. — Fer. 4., 6 et Sabb. *Quat. Tem. cum Jeiun. Eccl.* — Dom. fut. fest. SS. Trinitatis.

* Post Missam hoc triduo solemniter cantetur Tertia (ubi viget consuetudo) in qua dicitur per totam hebd. hym. *Veni Creator...* et chorus genufl. ad prim. stroph. (Caer. O. N. nr. 1585.)

* Ad aspers. aquae bened. dic. ℣. *Emitte..* — Hac hebdom. ommit. Offic. et Miss. defunct.

12. Fer. 2. **PENTECOSTES** — **TD**. (**2. cl.**) — De oct. — V. de octava. R.

Denunt. fer. 4., 6. Sab. seq. **Q. T., J. E.** et fut. Dom. fest. *SS. TRINITATIS.*

13. Fer. 3. PENTEC. *T. D.* (**2. cl.**) — De oct. R.

Ill. fer. 3. devotionis *in honorem S. P. N. Dominici.*

14. Fer. 4. (**Q. T. J. E.**) — De oct. . . . R.

15. Fer. 5. — De oct. . . . . R.

16. Fer. 6. (**Q. T. J. E.**) De oct. . . . . R.

17. Sabb. (**Q. T. J. E.**) De oct. — (**M.**) — V. de seq. R.

Dicta Nona expirat **Temp. Pasch.** tamen hora merid. sicut et post mensae grat. actionem, dic Ana: *„Regina coeli.“*

In Compl. 4 *Ps.* consueti *Ana* et *Hymn.* comm.

18. **DOM. SS. TRINITATIS. T. D.** (**1. cl.**) *cum oct. solemni.* — **Q.** — In M. *Praef. Trin.* usq. ad. fer. 4. incl. — In V. m. seq. — CG. IPR. et N. A.

Denunt. fer. fest. *SS. CORPORIS CHRISTI* **Leop.** fer. 6. incipit devot. *„40 horarum.“*

19. Fer. 2. S. Petri Coel. P. C. — D. — In L. m. Trin. et S. Pudentianae V. — V. a cap. de sequ. m. praec. et Trin. A.

20. Fer. 3. B. Columbae V. O. N. — D. — In. L. m. Trin. — V. de sequ. m. praec. Trin. et S. Bernardini Sen. C. A.

* IV. fer. 2. in honor. S. P. Dominici.

21. Fer. 4. SS. PHILIPPI ET JACOBI AP. — TD. (2. CL.) — (*e 1. Maii.*) — In L. m. Trin. et Bernar. — (**M.**) — V. de sequ. m. praec. (*tantum.*) R.

* In hym. eiusd. met. duae ult. stroph. — in Compl. Ana ad *Nunc dimittis* — in Prim. ℣. *Qui Natus...* in Miss. *Praef. Nat.* **PER TOT. OCTAVAM.** Similiter per tot. oct. additur *Alleluia* — in omnibus ℣. ℣. — sed *tantum propriis SSmi* Sacram. et in Communione Fidelium in fine Anae et ℣.

22. Fer 5. **SOL. SS CORPORIS CHR.** — **TD.** (**1. cl.**) *cum oct. solemniss.* — In Prim. ℣. *Qui natus.* — In Missa *Sequ. Credo et Praef. Nat.* per tot. oct. – V. praes. (*nulla mem*). — CG. IPR. A.

*Per totam Octavam prohibentur Missae vot. et Defunct.

23. Fer. 6. - De octava 1⁰. — In Noct. super 9. psal. Ana: „*Fructum*"... ℣. Bened. et ℟℟. ex II. Noct. — In L. super psal. sola 1. Ana (per tot. oct.) — mem. Trinit. – In V. m. Trin. A.

* Leg. Ord. IV. Cap. Gener. O. N. Romae celeb. a 1670. contra reccur. ad favor. extran.

24. Sabb. — De octava 2⁰ — In Noct. Ana: „*A fructu*" ℣. Bened. et 3. ℟℟. ex III. Noct. — In L. m. Trinit. — In V. *nulla mem.* A.

25. † **DOM. INFRA OCT. CORP. CHR.** — De octava — *Omnia ut in die praeter Lect. prop. et Anas ad Bened. et Magnif., quae sunt de oct.* — In L. m. Dom. — (*cuius Evang. in Pret.*) — **Q.** — Missa *de Dom* ab omnib. dicitur *cum mem. octav.* et *Credo.* — In V. m. Dom. A.

26. Fer. 2. — De octava 3⁰. — In Noct Ana: „*Communione...*" ℣. Bened. et ℟℟. ex I. Noct. — V. praes. A.

27.	Fer. 3. — De octava 4° — In Noct. Ana: „*Memor...*“ ℣. Bened. et ℟℟. ex II. Noct. — V. praes. * V. fer. 3. in honor. S. P. Dominici.	A.
28.	Fer. 4. — De Octava 5°. — In Noct. Ana: „*Paratur...*“ ℣. Bened. et ℟℟. ex III. Noct. V. a cap. (*sine* ℟.) de sequ.	A.
29	Fer. 5. OCTAVA SS. CORPORIS CHR. — *Solemnissima.* — Omnia, *praeter Lect.*, ut in festo. (**M.**) — V. praes. (*nulla memor.*)	A.
30.	Fer. 6. — SS. CORDIS JESU — TD. — (1 Cl.) — In Prima ℣. prop. — In Missa *Praef. Nat.* In V. m. sequ. et S. Petronillae V. CG. — IPR. * Ubi hodie infra Missam fit Expositio SS. Sacram. non dicitur de EO commem. — **IN OMNIBUS DOMIBUS ORDINIS CONSECRATIO SS. CORDI JESU.** (Cap. gener. Abulae 1895). * Legantur decreta de celebrat. Missar. Ep. pag. 88—110.	A.
31.	Sabb. B. Jacobi Salom. C. O. N. — D. — In L. m. Petr. — V. de sequ. m. praec. et Dom.	A.

JUNIUS.

1.	**DOM I. P. O. TR.** — B. JACOBI DE STR. E. C. PRP. — TD. (1. CL.) — In L. m. Dom. — In V. m. sequ. Dom. et SS. Marc. etc. MM.	A.

	CRAC. et **GRÓD:** DEDICATIO ECCL. CATH. — TD. (2 CL.) In L. m. Dom. — V. de sequ. m. praec. Dom. et SS. Marcel. etc. MM. — *Gród*: In V. m. sequ. Dom. et SS. Marc. etc. MM.	A.
2.	Fer. 2. BB. Sadoc etc. MM. O. N. — D. — (*Crac*: TD.) — In L. m. SS. Marc. etc. — V. de sequ. m. praec. et SS. Gordiani etc. MM.	R.
3.	Fer. 3. S. ANTONINI E. C. O. N. TD. (2. CL.) — *cum oct. simp.* — (*e 10. Mai.*) — In L. m. Gord. etc. MM. — In V. m. sequ. * VI. fer. 3. in hon. S. P. Dominici.	A.
4.	Fer. 4. Transl. S. Petri. M. O. N. — TD. — In V. m. sequ. et Ant.	R.
5.	Fer. 5. S. Francisci Carr. C. — D. — In L. m. Ant. — In V. m. sequ. et Ant.	A.
6.	Fer. 6. S. Norberti E. C. — D. — In L. m. Ant. — In V. m. sequ. et. Ant	A.
7.	Sabb. B. Sibyllinae V. O. N. — D. — (*e 18. Mart.*)— In L. m. Ant. — In V. m. sequ. Dom. Ant. et S. Medardi E. C.	A.
8.	**DOM. II. p. O. TR.** S. Angelae V. — D. — In L. m. Dom. Ant. et Med. — **Q.** — In V. m. sequ. Dom. Ant. et. SS. Primi etc. MM.	A.
9.	Fer. 2. BB. Dianae etc. VV. ON. — D. — In L. m. Ant. et SS. Primi et. MM. — V. a cap. de sequ. m. praec. et oct. Ant.	A.
10.	Fer. 3. B. Joannis E. C. O. N. — D.— In L. m. oct. Ant. — V. de sequ. m. praec. et oct. Ant.	A.

	* VII. fer. 3. in honor. S. P. Dominici.	
11.	†Fer. 4. S. Barnabae Ap. — TD. — *Praef. Apost.* — In V. m. sequ. et SS. Basilidis etc. MM.	R.
12.	Fer. 5. B. Stephani C. O. N. — D. — In L. m. Basil. etc. MM. — In V. m. sequ.	A.
13.	† Fer. 6. S. Antonii Pad. C. — D. — In V. m. sequ.	A.
14.	Sabb. S. Basilii E. C. et Eccl. Doct. — D. In V. m. sequ. Dom. et SS. Viti etc. MM.	A.
15.	**DOM. III. P. O. T.** S. Helenae Imp. Vid. — D. — *(e 2. Mart. PRP. hodie tqu. prop.)* — In L. m. Dom. et SS. Mart. — **℣.** — In V. m. sequ. Dom. et S. Martialis E. C.	A.
16.	Fer. 2. S. Benedicti Abb. — D. — (*e 21. Mart.*) — In L. m. Mart. et SS. Quirici etc. MM. — In V. m. sequ.	A.
17.	Fer. 3. B. Ambrosii C. O. N. — D. — (*e 22. Mart.*) — V. a cap. de sequ. m. praec.	A.
	* VIII. fer. 3. in honor. S. P. Dominici.	
18.	Fer. 4. B. Osannae V. O. N. — D. — V. de sequ. m. praec. et SS. Gerv. et Prot. MM.	A.
19.	Fer. 5. S. Gabrielis Arch. — TD. — (*e 24. Mart*). — In L. m. Gerv. etc. MM. — In V. m. sequ. et Gerv. etc. MM. et SS. Marci etc. MM.	A.
20.	† Fer. 6. B. Antonii M. O. N. — D. — (*e 9. Apr.*) — In L. m. Marc. etc. MM. — In V. m. sequ.	R.
21.	Sabb. B. Margaritae V. O. N. — D. — (*e 13. Apr.*) — In V. m. sequ. et Dom.	A.

22. **DOM. IV. P. O. TR.** B. Innocentii P. C. O. N. — D. — In L. m. Dom. — **Q.** — V. a cap. de sequ. m. praec. et Dom. A.
* *Denunt*: Sabb. *Vigil. I. E.*

23. Fer. 2. (*Vig. — I. O.*) — SS. Decem. Mill. Mart. — D. — V. de sequ. m. praec. R.

24. Fer. 3. NATIV. S. JOANNIS BAPT. — TD. (1. CL.) — *cum oct. sim.* — In V. m. sequ. A.
* IX. fer. 3. in honor. S. P. Dominici.

25. † Fer. 4. S. Monicae Vid. — D. — (*e 4. Mai.*) — In L. m. Bapt. — V. de sequ. m. praec. SS. Joannis et Pauli MM. et Bapt. A.

CRACOV. Apparitio S. Mich. Arch. — TD. — (*e 8. Mai.*) — In L. m. Bapt. — In V. m. sequ. SS. Joan. etc. MM. Bapt. et SS. Nerei etc. MM. A.

26. Fer. 5. Appar. S. Michaelis Arch. — TD. — (*e 8. Mai.*) — In L. m. SS. Joan. et Pauli MM. et Bapt. — V. de sequ. m. praec. SS. Joan. etc. MM. et Bapt. (*Gród*: et SS. Nerei etc. MM.) A.

CRACOV. B. Joannae V. O. N. — D. — (*e 12. Mai.*) — In L. m. SS. Joan. etc. MM. Bapt. et SS. Nerei. etc. MM. — In V. m. sequ. SS. Joan. etc. MM. et Bapt. A.

27. Fer. 6. S. STANISLAI E. M. PRP. — TD. (1. CL.) — (*e 8. in Brev. 11. Mai*) — In I. Noct. lect. de fer. — In II. Noct. ut in Brev. 11. Mai. — in III. Hom. Dom. I. p. O. Paschae super: „*Ego sum pastor...*“ — R.

cuius Evang. in Pret. — In L. m. Bapt. — In V. m. sequ. Bapt. et SS. Nerei et MM.

CRACOV: B. Alberti C. O. N. — D. — (*e 13. Mai.*) — In L. m. Bapt. — V. a cap. de sequ. m. praec. et Bapt. A.

GRÓDEK: B. Joannae V. O. N. — D. — (*e 12. Mai.*) — In L. m. Bapt. et SS. Nerei etc. MM. — V. a cap. de sequ. m. praec. et Bapt. A.

28. Sabb. (*Vigil.* **I. E.**) B. Joannae V. O. N. — D. — (*e 12. Mai*) — In L. m. Bapt S. Leonis P. C. et SS. Nerei etc. MM. — V. de sequ. m. praec. Dom. et. Bapt. A.

CRACOV: B. Aegidii C. O. N. — D. — (*e 14. Mai.*) — In L. m. Bapt. et S. Leonis P. C. — V. de sequ. m praec. Dom. et Bapt. A.

GRÓD: B. Alberti C. O. N. — D. — (*e 13. Mai*). — In L. m. Bapt. et S. Leonis P. C. — V. de sequ. m. praec. Dom. et Bapt. A.

* 1. Missa *Vigil.* — ubi autem etc... *additur mem. Vig.*

☞ Hodie inchoatur erga **SS. ROSARII REGINAM PATRONAM O. N.** devotio **QINDECIM SABBATORUM.** „Leo Papa XIII. omnibus Christifidelibus, qui *singulis non interruptis quindecim Sabbatis* vere poenitentes, confessi ac Sacra Communione refecti tertiam saltem SS. Rossarii partem devote recitaverint „*Plenariam Indulgentiam*“ defunctis quoque applicabilem, semel tantum in uno ex praedictis Sabbatis; in reliquis vero „indulgentiam *septem annorum totidemque quadragenarum*“ clementer elargitus est, die 21. Sept. 1889. (*Cf. Act. S. Sed. pro Soc. SS. Ros. Vol. II. pag. 159.*)

Quoties Christifideles legitimo impedimento detinentur, quominus praefatum exercitium die Sabbati peragere valeant, Leo XIII. die 17. Sept. 1892. pro gratia annuere dignatus est, ut illud absque indulgentiarum jactura explere valeant die Dom. *(Cf. Analect. O. P. vol. II. p. 159).*

29. **DOM. V. P. O. TR. SS. PETRI ET PAULI AP. — TD. (1. cl.)** *cum oct. solem.* — In L. m. Dom. et Bapt. — *Praef. Ap.* — per tot. oct. — nisi aliter not. — In V. m. Dom. et Bapt. R.

30. Fer. 2. Com. S. Pauli Ap. — D. In L. m. S. Petri et Bapt. — V. a cap. de sequ. m. praec. et oct. Bapt. R.

JULIUS.

1. Fer. 3. B. Alberti C. O. N. — D. — (*e 13. Mai.*) A.
Crac. Conv. S. Augustini — D. — (*e 15. Mai.*) A.
Gród. B. Aegidii C. O. N. — D. — (*e 14. Mai.*) A.
UBIQUE: In L. m. oct. Bapt. et Ap. — V. de sequ. m. praec. oct. Bapt. et Apost.
* In hymn. horar. duae strophae — in Comp. Anae B. V. M.
* X. fer. 3. in honor. S. P. Dominici.

2. Fer. 4. VISIT. B. V. MARIAE — TD. (2. CL.) — *cum oct. simpl.* — In L. m. Ap. — *Praef. B. V. M.* — In V. m. sequ. et Apost. A.

3.	Fer. 5. B. Marci C. O. N. — D. — In L. m. Ap. Visit. et SS. Processi etc. MM. — V. de sequ. m. praec. et Apost. * In hymn. duae strophae — et in Comp. Anae B. V. M.	A.
4.	Fer. 6. Purissimi Cord. B. V. Mariae. — TD. — (*e Dom. I. p. O. Tr.*) — In L. m. Apost. — *Praef. B. V. M.* — In V. m. sequ. et Apost. *Cracov.* V. de sequ. m. praec. et Apost. — *In Comp. omitt. stroph. et Anae B. V. M.*	A.
5.	Sabb. S. Antonii M. Zacc. C. — D. — In L. m. Ap. et Visit. — V a cap. (*sine* R.) de sequ. m. praec. et Dom. et Visit.	A.
	CRACOV: SS. CYRILLI ET METHODII EE. CC. — TD. (1. CL.) — In L. m. Apost. et Visit. — In V. m. sequ. Dom. et. Visit. * 2. Sabb. in honor. Reg. SS. Rosarii.	A.
6.	† **DOM. VI. P. O. TR.** — Octav. SS. Apost. — *Solem.* — In L. m. Dom. et Visit. *Missa propr.* — *Praef. Ap.* — In V. m. sequ. Dom. et Visit.	R.
7.	Fer. 2. B. Benedicti XI. P. C. O. N. — D. — In L. m. Visit. — *Praef. B. V. M.* — V. a cap. de sequ. m. praec. et Visit.	A.
8.	Fer. 3. B. Aegidii C. O. N. — D. — (*e 14. Mai*)	A.
	Crac: S. Antonii Zacc. C. — D. — (*e 5. h. m.*)	A.
	Gród: Conv. S. Augustini E. C. — D. — (*e 15. Mai.*)	A.

UBIQUE: In L. m. Visit. — *Praef. B. V. M.* — V. de sequ. m. praec et oct. Visit..

* XI. fer. 3. in honor. S. P. Dominici.

9. † Fer. 4. SS. JOANNIS O. N. et Soc. MM. — TD (2. CL.) — *cum oct simp.* — In L. m. oct. Visit. — In V. m. sequ. oct. Visit. et SS. 7. Frat. MM. R.

* Hodie in Missa *Praef. B. V. M.*

10. Fer. 5. Conv. S. Augustini E. C. Eccl. Doct. — D. — (*e 15. Mai*). A.

Crac. et *Gród.* S. Joannis Nep. M. — D. — (*e 16. Mai*). R.

UBIQUE: In L. m. Gorc. et SS. 7. Mart. — In V. m. sequ. Gorc. et S. Procopii Abb.

11. Fer. 6. BB. Ignatii E. O. N. et Soc. MM. — D. — In L. m. Gorc. et Procop. — V. a cap. de sequ. m. praec. et Gorc. R.

* Cras: **ANNIVERS**. Sepult. in Coem. nostris. — Omnia ut 5. Febr. excepta 2 or. quae erit: „*Deus, cuius miseratione...*“

12. † Sabb. S. Joannis Gualb. Abb. — D. — In L. m. Gorc. — V. de sequ. m. praec. Dom. (Ana: „*Doleo...*“) et Gorc. A.

* 3. Sabb. in honor. Reg. SS. Rosarii.

13. **DOM. VII. P. O. TR.** B. JOANNIS DE DUKLA C. PRP. — TD. (1. CL.) — In L. m. Dom. et Gorc. — In V. m. sequ. Dom et Gorc. A.

14. † Fer. 2. S. Bonaventurae E. C. Eccl. Doct. — TD. — In L. m. Gorc. — In V. m. sequ. et Gorc. A.

15.	Fer. 3. S. Henrici Imp. C. — D. — In L. m. Gorc. — V. de sequ. m. praec. et oct. Gorc. * In hymn. hor. duae strophae — in Comp. Anae B. V. M. * XII. fer. 3. in honor. S. P. Dominici.	A.
16.	Fer. 4. Com. B. V. Mariae Carm. — TD. — In L. m. oct. Gorc. — In V. m. sequ. oct. Gorc. et S. Alexii C.	A.
17.	Fer. 5. S. Joannis Nepom. M. — D. — (*e 16 Mai.*) In L. m. Alex. — In. V. m. sequ.	R.
	CRAC. ET GRÓD. B. Andreae Ab. C. O. N. — D. — (*e 17. Mai.*) — In L. m. Alex. — V. de sequ. m. praec.	A.
18.	Fer. 6. B. Andreae Ab. C. O. N. — D. — (*e 17. Mai.*) — V. a cap. de sequ. m. praec.	A.
	CRAC. ET GRÓD. S. Servatii E. C. — TD. — (*e 22. Mai.*) — In V. m. sequ.	A.
19.	Sabb. S. Vincentii a P. C. — D. — V. de sequ. m. praec. Dom. (Ana: „*Dixitque...*") et S. Margaritae V. M. * 4. Sabb. in honor. Reg. SS. Rosarii.	A.
20.	† **DOM. VIII. P. O. T.** B. Ceslai C. O. N. — TD. — (*in Brev. 18. h. m.*) — In L. m. Dom. et Marg. — In V. m. sequ. Dom. Marg. et S. Praxedis V.	A.
21.	Fer. 2. S. Hieronymi Aem. C. — D. — In L. m. Prax. — V. de sequ. m. praec.	A.
22.	Fer. 3. S. MARIAE MAGD. PROT. O. N. — TD. (2 cl.) — *cum oct. simpl.* — In V. m. sequ. et S. Liborii E. C.	A.

	* XIII. fer. 3. in honor. S. P. Dominici.	
23.	Fer. 4. B. Joannae V. O. N. — D. — In L. m. Mag. Lib. et S. Apollinaris E. M. — V. a cap. de sequ. m. praec. et Magd.	A.
24	Fer. 5. S. Camilli C. — D. — In L. m. Magd. et S. Christinae V. M. — V. de sequ. m. praec. et Magd.	A.
